INCIPIT EPISTULA DOMNI KAROLI GLORIOSISSIMI REGIS AD ALCHUINUM ABBATEM DE RATIONE SEPTUAGESIMAE SEXAGESIMAE ET QUINQUAGESIMAE.

Karolus gratia di rex francorum & langobardorum ac patricius romanorum dilectissimo
magistro nobisque cum amore nominando albino abbati in dno ihu xpo aeternam salutem.
Peruenit ad nos epistola missa a religione prudentiae uestrae. quae post laudes & be
nedictiones omnipotenti dō debitas. nobis & progeniae nostrae benedictionem opta
bilem cum summa beniuolentia detulit. Post haec textus illius inquirendo subsecu
tus es cur septuagesima & sexagesima necnon & quinquagesima in ordine per dies
dominicos ante quadragesimam dicatur uel scribatur. Inde ac reperta ratione per cum
pos arithmeticae artis quicquid ex hac re uestra sensit industria se extendendo nobis
pleniter significare studuit. Sed dum mens nostra huc illucq; discurreret sollerti
indagatione considerauimus non solum infra praescriptos a uobis dies sed etiam
per singulas ebdomadas necnon & per totum spatium anni circuli. per interualla
horarum ac punctorum seu momentorum mysteria numerorum posse ab his qui
huius artis peritia inbuti sunt repperiri. Unde quia tuae caritati placuit nostram
regalem aulam de hac re consulere quicquid inde nostra sentit serenitas sermone com
matico tibi patefacere non negauimus. Exigente igitur inquisitione & considerata
ratione. cur alii sex. alii septem. alii octo. nonnulli uero nouem abstineant ebdo
madas argumentum sensus nostri tuae familiaritati per hos apices significare
studemus. Qui enim sex ebdomadas obseruantes se abstinentiae tradunt subtrac
tis sex diebus dominicis in quibus ieiunare minime licet decimas dierum dantes
corporis sui. triginta sex dies sicut beatus gregorius mirabilis doctor edocet ieiu
nant. & hoc tempus licet in ipso duo superesse uideantur dies usq; ad scam resur

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1449/0061